pra terrā ptes. vij. ⁊ dimidiū ptis. reliquū aut sub terra qd̄ ē ptes q̄t/
tuor ⁊ dimidiū. Igit̄ opz̄ itelligere vt nō i minutis ptib^o ⁊ dimidijs
fiat: s̄ certis numeris cōficiat vt euenit in ptib^o. viij. Præterea qm̄
spherā diuisa in ptes. xxx. euenit vt ab estiuo ad hyemalē sint ptes.
vij. nimir̄ certe eos circulos diuidem^o i ptes. vij. Præterea qm̄ ab
estiuo circulo ad equinoctialē sunt ptes. iij. de. xxx. Et rursus ab eq/
noctiali circulo ad hyemalez de ptib^o. xxx. ptes. iij. ⁊ ita nihilomin^o
equinoctialis ipse p se circulus medi^o diuidit: vt dimidia ps ei^o sit sub
terra de ptib^o. vij. partes q̄ttuor ⁊ totidē supra: ⁊ tota rō ad octauā
partē pueiat: nō dubiū ē qn̄ recte diuidat i ptes. vij. Præterea cū
sol p hos circulos currēs iter ānuū pficere videat: ⁊ ab cuius signoz
octaua pte (vt posteri^o dicem^o) incipiat exoriri: vt ad aliud signū trāsi/
re: neq̄z vlla alia pte signi vtaf̄ recte ipsi qnq̄z circuli diuidunt i par/
tes. vij. Præterea cū. vij. sidera ad eūdē statū reuertant: qbusdam
placuit: vt cuiusmodi dies hodiern^o fuerit i solis aut lune tēpestate:
eiusdem

eiusdem modi octauo anno sit futurus: vere sphaera quoque diuidetur in partes octo. Preterea cum videamus octauo quoque die eiusdem sideris horam primam aut quolibet denique esse ut cuius hodie fuerit hora prima eiusdem octauam quoque futuram: verissimum est ipsam quoque sphaeram unde horae sumuntur diuidi in partes octo. Sed ne reliqua pretermittamus in hoc occupati: ad propositum reuertamur.



Secundus ab aestiuo equinoctialis est circulus in quo haec signa et partes eorum prospici possunt. Arietes totus omnibus pedibus inixus videtur. Huc autem Aratus omnium siderum celerissimum esse demonstrat et minore arcto: quae breui spacio vertitur prestare: id quod velit esse sic poterimus vel facillime intelligere. Cum sit. n. maximus circulus equinoctialis in sphaera in eorum arietes ut affixus videatur: quocumque fuerint figure corporum collocatae ut ad eundem circulum perueniant: necesse est semel verti sphaeram. Quod cum fiat: et arietes in maximo circulo et eodem tempore ad locum quo sidera reliqua perueniant: necesse est eum celerissimum dici. sed nos ad circuli effectum venimus: et reliqua dicemus. In eodem tauri genua ut fixa prospiciunt. et si nonnulli ita fixere ut vno genu hoc est dextro inixus: sinistro prope pede pertingere videatur: De hoc in medio relinquemus. Sed in eodem circulo zona Orionis ut ipso circulo perinctus existimet. Hydra flexu a capite primo ut cervicibus erectis cancrum pertingere videatur. et ex inferiore corpore hydrae crater cum cornu velut fixus esse circulo prospicitur. Item paucae stellae chelaru eodem adiungunt: Sphiulci genua eodem circulo a reliquo diuidunt. Aquila sinisteriore penna pene eum pertingens figurata est. Eodemque circulo caput pegasi cum cervicibus nititur. His corporibus signorum equinoctialis circulus finitur. Quo sol cum peruenit bis vno anno perficit equinoctium: hoc est in ariete et chelis. In hac. n. parte sphaerae et ver et autumnus perfici existimatur. ita ut ver sit in ariete. autumnus in priore parte scorpioidis. Quod signum nonnulli libram dixerunt: per hunc circulum transiens sol ab ariete ad chelas: efficit sex mensium diem his locis qui intra arcticum videntur orbem: Noctem autem his qui antartico circulo sunt clausi. Quare magis his locis nemo potest durare. Et rursus ab autumno usque ad ver: hoc est a chelis usque ad arietem perueniens efficit his locis sex mensibus perpetuis diem in quibus ante noctem demonstrauimus. E contrario autem noctem his qui boreo polo sunt primi. Sed de hoc ante diximus. Neque. n. mirum est hac collatione sphaerae id euenire. Erecto. n. boreo polo neque vniquam occidente euenit: ut corpo

ra q̄q̄z q̄ ei prima sunt circulo sero occidere videant. Id ex hoc intel-
 ligere licebit. Cū in his partibus spherę habitet: q̄ pars ē ab estiuo circu-
 lo ad orbē q̄ arcticos vocat. ⁊ de arctico circulo hoc ē de duabus vr-
 sis ⁊ draconē: caput draconis maxime niti ipso circulo videat: ita vt
 is q̄ engonasin vocat inter estiuuz ⁊ arcticū locat: caput draconis
 p̄mercintelligat: q̄cūq̄z (vt añ diximus) ad ip̄z caput draconis habi-
 tant: ita lōgo die vtunt vt eis ne tertia q̄dē horę pars in vnaquaq̄z
 nocte his obtingat. Itaq̄z Aratus ait.

Itē Cicero dicit. qđ caput hic paulum sese subito/
 q̄z recōdit. ort⁹ vbi atq̄z obit⁹ pte admiscēt in vna. De b̄ Homer⁹
 quoq̄z in odissea ita breuē noctez eē dicit: vt pastores cū alij exigant
 alij reducāt pecus: possint ali⁹ aliū audire: cū vn⁹ ppter noctē pec⁹
 reducat: alter ppter lucē erigat: s̄ nos ad ppositū reuertamur.

Erti⁹ ab estiuo circulo q̄ hyemalis vocat: his corporib⁹
 ⁊ eoz partib⁹ finit. Nā mediū capricornū diuidēs: ⁊ pe-
 des aquarij: p̄ caudaz piscicis vt traiect⁹ videt. Diuidit
 et leporē fugientē a crurib⁹ ⁊ q̄dā pte corpis: ⁊ canis se-
 quētis pedes: ⁊ nauis ipsius puppiz: cētauriq̄z ceruices a reliq̄ cor-
 pore diuidit. Scorpiōis extrema cauda q̄ acumen vo-
 cat: eodez cir-
 culo p̄iungit. Sagittarij arcus eodez orbe deformat. Huius orbis
 infra terrā sunt de partibus octo partes quinq̄z: supra terrā autem
 tres. Itaq̄z it breuior dies nocte vt ante demonstrauius.

Artū circulū zodiacū eē Aratus dem̄rat: de quo ante
 diximus ⁊ posteri⁹ dicemus. S̄z arat⁹ nō vt reliq̄ astro-
 logi ab ariete. xij. signa dem̄rat: hoc est vere incipiēte: s̄z
 a cancro hoc est ipsa estate. Nos aut̄ qm̄ ab ariete inci-
 pimus: ita p̄tin⁹ dicemus. In hoc. n. circulo sic. xij. signa figurant:
 Aries Taurus Gemini. In his trib⁹ signis ver demōstrat: ⁊ eq̄no-
 ctiū vernuz. Cácer Leo Virgo. In his signis maxime estas p̄ficiť.
 Sed sol incipit a virgine iam trāsire ad eq̄noctiū autūnale. Chele
 Scorpius Sagittarius. In his trib⁹ signis autūnus efficit: ⁊ eq̄no-
 ctiū autūnale. Capricorn⁹ Aquari⁹ Pisces. In his trib⁹ signis sol
 hyemē p̄ficere demōstrat. Et si nulla sunt signa. xij. s̄z. xj. iō qđ scoz-
 pio magnitudine sui corporis duoz locuz occupat signoz. E quib⁹
 p̄or pars chele: reliqua aut̄ Scorpio vocat. Priores enī astrologi
 cū oēs res ad. xij. ptes reuocaret. vt mēses ⁊ horas ⁊ latitudinē su-

gnor. Itaqz et signa per q̄ res oēs significant. xij. voluerūt esse.



Ed qm̄ septē circulis in p̄hemio p̄positis: de q̄ttuor cir-
culis mētionē fecim⁹ ne septē ex ordie dem̄atis: aliqd
a nobis obscurius dem̄ videat: de septē supant. iij. arcti-
cos: atarticos et ille q̄ Lacteus vocat. Itaqz de his di-
cere icipiemus. Arcticon igit orbē sustinet caput draconis cū reliq̄
corpis pte. Cephe⁹ aut pectore suo circulū iungit. eodē orbe nitunt
et pedes maioris Ursē. Pr̄eterea sedile cassiopēic cū pedib⁹ ei⁹ ni-
tit ipsi circulo: et de dextro pede genuqz sinistro et pedis p̄oribus di-
gitis eius q̄ engonasin vocat: et man⁹ sinistra boetis exteriori parte
circuli puenit p̄iuncta. Ad antarticō aut circulū puenit extrema na-
uis Argo: pedesqz cētauri posteriores adiūgunt. Pr̄iores aut p̄
pe p̄tigere. Et ara v̄r p̄pe affixa: Eridāiqz flumis extrema siḡtio.



Eligū est nobis diffinire quē supra Lacteu orbem de-
mōstrauimus. Ipse enī diuidit Solis extremā sinistraz
pennā: quē extra c̄stiuū peruenit finē. Pr̄eterea transit
manū dextraz Persei et ab humero sinistro Aurigē p̄-
ueniens sub manū eius dextrā: Et geminorū genua et pedes eius si-
gni qd̄ procyon vocat. Sic diuidēs equinoctialē et c̄stiuū circuloz:
tangit extremū sinez mali: qui in argo naue defixus videt. Deinde
rursus reuertens genua centauri diuidit a reliquo corpore et extre-
mam caudam terminat Scorpionis: et arcum mediū Sagittarij: et
aquilē dimidiā partē per eius transiens pennas.



Uoniā de hisce rebus exposuimus ordine mūdi rōnez: et
quē admodū moueat p̄tinus dicemus: et in. xij. signorum
exortu q̄ deide corpora consequant: et q̄ perueniāt ad oc-
casum. Conuenit nobis mundum ab exortu ad occasum.
onuerti. Ideo q̄ videmus stellas exorientes ad occidente m con-
uerti. Sic enim primū poterimus scire qd̄ sit exortus: et q̄ occasus.
Si qs enī n̄ruz aliqs astiterit p̄tra exorientē soles necesse est arctos
a nobis a sinistris p̄tib⁹ esse. Cū id ita fiat: illud quoqz necesse est vt
oia e dextris p̄tib⁹ exorta: in sinistris occidere videant: de quo et añ
diximus. Igit cū videamus stellas exoriri et occidere: necesse ē mū-
dū quoqz cuz stellis verti. Sed nōnulli aiūt nihilominus id euenire
posse: vt si stante mūdo stelle exoriant et occidāt: qd̄ fieri nō pōt. Si
enim stelle vage ferunt: neqz mundus ipse voluitur: nō possunt cor-
pora stellis figurata incolumia et certa permanere. Illud enīz vide-

mus in toto mūdo stellas erraticas esse. v. neq; hoz cursum quēq; posse diffinire. Aratū ipm quoq; negare se difficiles hoz cursus interpretari posse. quō igit cū. v. stellas nemo possit obseruare: tot milia qsq; possit puidere: nisi q pmittat hoc: cursus stellaz posse esse & nihilomin⁹ figuras hoz pmanere: qd si nō est: tota sphaera ad irritum reuocabit. Quicūq; n. sphaeram fecerit: nō poterit efficere vt sphaera stāte nihilominus stelle versent. Illud et videmus in extrema cauda dracois stellā esse: q in se vertat: & in eodē loco pstat. Qd si oēs stelle vage ferunt: hāc quoq; loco moueri necesse est: qd non euenit. Igit necesse est mūdū quoq; nō stellas verti. Quoniā ondi mus mūdū cū stellis q; poti⁹ stellas p se verti: nūc reliq; dicemus.



Am enī traditū sit nobis prius noctez q; diem fieri noctez dicemus vmbra terre esse eāq; obstare lumini solis. Et si nōnulli dixerunt in solis cursu euenire: vt cū peruenit ad eum locum vbi occidere dicatur: ibi montiū magnitudinem a nobis lumen auerti solis: & ita noctez videri. Quod si ita sit: nunirū eclipsem solis verius q; noctem dixerimus. Sed aliter esse ex ipsa sphaera licebit intelligere.



Rizon. n. diuidens ea q vident: & q nō apparent: ita diffinit sphaeram: vt semp sex signa de. xij. in Hemispherio videant supra terras. sex aut signa sint infra sub terra. Igit cum in v no eoz sol nixus ferri videat: ab eo circulo q orizon vocat exort: Itaq; incipit lucere. Cūq; nihilominus ipse mundus vertat cū reliqs signis: Sed quo facili⁹ itelligat: ponamus solē esse in ariete a quo. xij. signa instituumus nūerare. Igit cū sol sit in Ariete exortēte dies est: q cū vertēte se mundo puenit ad eū circulū q mēsebrinos vocat: efficit diei partē dimidiā. Sed sic et facilius itelligit: & rursus ab eodem ariete icipiemus. Cū aries est exortus: pter eū signa sunt in supiore hemispherio. Disces Aquari⁹ Capricornus Sagittari⁹ Scorpio. Hoz cuz tria signa occiderint: hoc est Scorpi⁹ Sagittari⁹ Capricorn⁹. exorta sunt tria q Ariete sequuntur hoc est Taurus Gemini Cancer. Tum fieri dimidiū diē necesse est: & ariete puenire ad eū: quē mēsebrinū esse circulum supra diximus. Cū aut cū reliqs signis ipse Aries occidit: & exortus est Leo Virgo: tū chele exortunt: & in supiore hemispherio ariete occidēte vebunt. Que cū occiderit: rursus aries exort⁹ efficiet lucē. Sz ne in dubiū veniat: cuz ariete occidēte dixerim⁹ chelas exortiri: qd de reli

quis signis sine sphaera posset intelligi: sic iueniet. In quocūq; signo sol fuerit exoriet̄ qd̄cūq; ab eo signo septio loco fuerit: id noctu p̄mū exoriet̄ ⁊ ita ꝑficiet cursuz. Mūdus. n. ipse semel in die ac nocte verti v̄r. Itaq; eueit vt ipsa signa. xij. semel i die ac nocte videri possint. Sed ne solis cursuz: de qbus postea sumus dicturi: potius q̄ qd̄ ante cepimus enumeremus ad iceptū reuertemur. Diximus. n. principiū mundi esse noctē: deinde diez. Inter noctem ⁊ diem ꝑter vmbraꝃ terre nihil interesse arbitramur. Sed qm̄ signozuz supra ⁊ cozpoz exortus instituiamus ad hoc perueniemus.



Situr vertete se mūdo ꝑ vtrosq; polos ⁊ Axem quem supra dimēsiōē sphaere dixim⁹ esse: ⁊ ita sphaera collocata: vt vn⁹ polus semp sit supra terrā: alter nūq; exoriat̄ necesse ē: Arctus quoq; ⁊ reliq; corpa q̄ sunt in arctico circulo nūq; occidere: reliqua aut̄ oia exoriri ⁊ occidere: qd̄ inferiora sunt ab eo circulo quē nūq; occidere diximus. Id. n. posse fieri bec edocet cā. Videmus caput extremū dracois: qd̄ maxie arcticon extra circulū ꝑminet: quodā tpe ita occidere existimat̄: vt exortus euz occasū ꝑmisseat̄: vt ⁊ añ diximus. Si aut̄ ꝑs aliq; occidere de summo circulo videt̄: necesse est oia: q̄ sunt inferiora exoriri ⁊ occidere. Itḡ ꝑuenit nobis sidera vertete mūdo occidere ⁊ exoriri. Preterea hac inclinatioē celi: cū vnus circulus ita sit erectus vt nūq; occidat. alter ita sit terre subiectus: vt nūq; exoriat̄: qd̄cūq; circuli fuerit in sphaera: hoc est ab eq̄noctiali ad poluz: q̄ Boreus appellat̄: nullus erit eoz qui nō maiorē partē circūductiōis hēat supra terram. Qui aut̄ ab eq̄noctiali fuerint circulo ad eū polū q̄ notius appellatur: oēs inferiorē partem maiorē habebunt q̄ superiorē. ⁊ quāto magis ad polū notiū accesserint: hoc maiorē partē sub terra habere ꝑspicient. Et quāto magis ad boreū finē venerint: hoc maiorē partem circuli supra terrā tenere videbunt. Quo enim erectior ipse polus fuerit hoc magis ⁊ circuli ei⁹ erectiores videbunt. Quod cum ita sit: si duo sidera simul fuerint orta: vnū ab arctico: alteruz ab antartico circulo: seri⁹ occidet: id sidus quod ab arctico circulo fuerit exortū. ideo q; maiorē hz circūductionē sphaere: q̄ qd̄ a notio polo est ortū. si aut̄ simul occiderint: seri⁹ exoriet̄ id signū qd̄ ab antartico fuerit exortū: ideo qd̄ tota illa collatio mūdi maiorē partem habeat sub terra: q̄ illa pars q̄ in boreo polo est finita. Et nō modo signa q̄ sunt ad arcticū finē collocata: ꝑstantibus corporibus: aut se/

ius occidūt: aut ante exoriunt̄ q̄ ea q̄ notio pot̄o depinximus. Sz
 p̄sa quoq; corpora inter se dissentiunt: vt si q̄d inferius sit signu;: ⁊
 id cum superiore exoriatur: tamen serius occidat. Econtrario ita/
 q; si qua sunt signa ab equinoctiali circulo ad notium polū figura/
 ta: hoz si q̄ signa pariter exorta fuerint: citi⁹ occidēt q̄ p̄ime polum
 accedāt. Euenit et vt nō mō q̄ simul sint exorta sidera ex his seri⁹ oc
 cidāt: q̄ p̄ime arcticū circulū sunt collocata. Sz et si q̄ eoz an̄ exor
 ta fuerit: q̄ sunt ad notiu poluz finita: tñ an̄ occidāt: q̄ ea corpora q̄
 in Boreo polo figurata eē supra dem̄ auimus. iō q̄d maiore circū/
 ductiōe spherę vtunt̄ ea corpa: q̄ ab eqnoctiali circulo ad arcticū fi
 nez sunt p̄stituta. Igit̄ oñdimus q̄ iclinatiōe mūdi spherā sit p̄stitu
 ta. Nūc ad. xij. signa reuertemur. ⁊ quoz exortu q̄ de reliqs corpo
 rib⁹ occidāt aut oriant̄ cōmemorabim⁹: ⁊ initiū ab ariete faciem⁹.

Arietis exortu: sinistra pars Andromedę puēire: Ara
 aut̄ occidere videt̄. Cum eodē sidere exorit̄ ⁊ persei ca/
 put vsq; ad vmbilicū: vt dubiuz fore videat̄: zona eius
 vtrū vsq; extremo ariete an tauro p̄mu; exoriete p̄deat
 ad lucē. **T** Tauro aut̄ exorto que p̄ri⁹ dubia fuerūt oia sunt certa.
 Nā ⁊ ara oīno occidit: ⁊ perse⁹ tot⁹ est ort⁹: ⁊ aurigę caput cū reli/
 quo corpe dūtaxat: ad sinistrū pedē videt̄. ⁊ p̄strix a cauda exoriet̄
 p̄spicit̄. Hoc signo primū occidere boetes videt̄ ⁊ si cū quattuor si/
 gnis occidit: neq; tñ tot⁹ ad terrā pōt venire. Nā manus ei⁹ sinistra
 circulo arctico p̄clusa: neq; orit̄ neq; occidit. **S**eminis exorietib⁹
 tota iā p̄stricis ⁊ flumis Eridani p̄or pars apparet: ⁊ Orion exori
 ri videt̄. **O**ccidit aut̄ **S**phiulcus a pedib⁹ genuū sine. **C**ancer
 exoriet̄ obscurat dimidiā partē Corone: p̄stricisq; caudā: ⁊ notum
 piscē: ⁊ caput cū reliquo corpore ad vmbilicū ei⁹ q̄ engonasin voca
 tur. **S**phiulcū a genub⁹ ad hūeros: ⁊ anguē totū p̄ter caput ⁊ cer/
 uicē: q̄ ex estiuo circulo tēdit ad coronā. **B**oetem p̄petotū: terra te
 net tectū. **E**xorit̄ aut̄ ⁊ orionis corp⁹ ad zonā ⁊ eridan⁹ totus appa
 ret. **E**xortu leonis reliq; pars occidit corone: cū capite ⁊ ceruici/
 bus anguis ⁊ ophiulco. **E**ngonasin aut̄ q̄ vocat̄ ei⁹ p̄ter sinistrū ge
 nu ⁊ pedē nihil apparet. ⁊ **B**oetes totus obscurat̄. **E**xorit̄ aut̄ ca/
 put hydre cū lepore toto. ⁊ p̄cyon cū pedib⁹ prioris canis: ⁊ aquila
 tota. **V**irgo aut̄ exoriet̄: nō pauca sidera obscurat. nā statiz lyra
 occidit cū sagitta ⁊ delphino: ⁊ **S**loris a capite corp⁹ vsq; ad cau/
 dam p̄pe occidit: ⁊ fluminis prior pars ⁊ equi caput cū ceruicibus.

Exoritur autem hydra sine crateris: et canis totus: et naus argo sine to-
 tius veli. **C** Chelis exorientibus videtur et boetes exorientis totus: et to-
 ta naus appet argo. Hydraque propter cacumen extremum caudae quod est
 sub terra. Exoritur et genu et sura eius dextra: qui engonasin voca-
 tur. Huc eadem nocte occidere et exoriri licet videre. Reliquum autem
 corpus cum Scorpionis et Sagittary puenit parte. Preterea cum
 chelis exoritur cauda centauri: Occidit reliquum Pegasi corpus: et
 oloris extrema cauda: et Andromedae caput cum vmbilico pegasi: et
 pistris reliquo corpore ad ceruices: ut caput eius solus videatur: et ca-
 put cephei pendens ad pistris occasum cum manibus et humeris
 peruenit ad terram. **C** Scorpione exoriēte due partes fluminis occi-
 dunt: et reliquum corpus Andromedae cum capite Cephei. Occidit et
 cepheus capite ad humeros: que pars est extra arcticum circulum con-
 stituta: obscuratur etiam cassiopeia resupinata occidens. Exoritur autem
 corona que ante centauri pedes iacere existimatur: et hydre reliquus:
 quod caudam esse supra diximus. Prouenit et corpus centauri: quod
 equina figura videtur: et ipsius hominis caput: et hostia quam tenere
 eum supra diximus. Venit ad id corpus qua sine pedes eius sunt
 priores. Ophiulci autem duntaxat caput exoritur: et ipsius anguis caput:
 quod est contra cancerum. **C** Sagittarium exorientem Ophiulcus totus
 exorientis insequitur: et anguis qui ab eo tenetur: caput eius: qui engona-
 sin vocatur: et sinistra manus eiusdem. Beinde lyra tota cum Cephei
 capite et humeris exit ad lucem. Occidit autem canis maior cum Ori-
 one toto et lepore: et Aurige superiore parte corporis. Preterea caput
 et pedes eius. Occidit et totus Perseus preter crus et pedem dex-
 trum. Argo autem puppim solus relinquens puenit ad terram. **C** Ca-
 pricornus exorientis: hec sidera ad terram premere videtur: reliqua figu-
 ram naus et signum quod procyon vocatur. Eodem tempore et reliquum cor-
 pus occidit Persei. Exoritur autem Olor cum aquila et sagitta: et arcu
 quam primam esse notio polo diximus. **C** Aquarius exorientis: ad di-
 midiam partem corporis equi pedes secum de terra ducit: et caput cum
 ceruice pegasi. At et centaurus a cauda ad humeros virilis corpo-
 ris occidit: cum hydre capite: et ceruicibus. **C** Piscibus exorienti-
 bus: occidit reliquum hydre corpus: et ipse Centaurus. Exoritur autem
 piscis qui notius vocatur: et Andromedae dextra pars corporis.

**DE SOLE ET LVNA: AC CAE/
TERIS PLANETIS.**



Ita igitur ex orientibus duodecim signis: reliqua corpora occidere et exoriri videtur. Sed ut ante diximus: nunc protinus de solis cursu dicemus. Necessesse est enim solem: aut ipsum per se moueri: aut cum mundo verti vno loco manentem. Quod si maneret: necessesse erat eodem loco occidere et exoriri a quo pridie fuerit exortus: quemadmodum signa eodem loco semper oriuntur et occidunt. Preterea si ita esset: necessesse erat dies et noctes omnes equalles esse: ut quod longus hodiernus dies fuerit: tam longus semper sit futurus. Item nox simili ratione semper equalis permaneat. Quod quoniam non est: illud quoque necessesse est cum videamus esse dies inaequales: et solem alio loco hodie occasurum: et alio heri occidisse. Si igitur alijs locis oritur et occidit: necessesse est eum moueri: non stare. Solem autem contra mundi motum currere: sic possumus intelligere. Euenit enim ut duabus ex causis sidera non possimus videre. Quarum vna est cum abierint infra terram: nostrum quoque effugere conspectum: ita ut inferius hemispherio ostenditur. Altera autem est ratio: quod propter fulgorem solis et vim maximam luminis sidera obscurentur. siue quod stellis obsistit: ne candor earum ad nostros perueniat aspectus: siue sua magnitudine luminis officit oculis nostris ne praeter eius ignem aliam rem superiorem perspiciamus. Quod magis verisimile videtur. Neque enim solis ignem eiusmodi videmus: cuiusmodi reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen auertit nostrum: ut ipse quoque nobis non igneus: sed albus esse videatur. Preterea in vnaquaque nocte. xj. signa necessesse est apparere. ideo quod vno signo sol ipse nixus iter conficere videtur: cuius figuram corporis ipse suo lumine obscurat. Cum eo enim signo et occi-

dere & exoriri videtur. **N**onnulli dicunt nos .xij. signa duntaxat
hac ratione perspicere posse: si in eius signi prima nouissimaq; par-
te consistat. **H**abent enim .xij. signa partes eiusdem modi: vt vnum
quodq; eorum in longitudine habeat partes .xxx. **I**n latitudine au-
tem partes .xij. **I**taq; euenit vt in longitudine signorum annus sit.
In latitudine autem singuli dies sint. **I**n prima parte signi nihilominus
nos reliquum corpus eius signi videri posse nonnulli dicunt.
Simili ratione & si fuerit in extrema parte signi: quod fieri non po-
test. **N**am cum sol sit in qualibet parte signi & exoriat: ita magnū
videtur habere fulgorem: vt omnia sidera obscuret. **I**llud tamē po-
test euenire: vt cum sol sit in prima parte signi & occidat: reliquum
corpus eius signi appareat. **S**ed certius & verius est vndecim si-
gna q̄ duodecim apparere posse. **P**roterea queritur quare sol
contra mundi inclinationem currens: videatur euz ipsa sua sphaera
occidere & verti. **N**am si sol contra siderum occasum curreret: de
ariete ad pisces: non ad taurum trāsiret. **E**xoriri etenim ante pisces
q̄ aries occidere perspiciuntur: & ita mūdus verti videtur: vt prius
pisces q̄ aries occidant. **I**taq; diebus .xxx. sol in ariete currens: &
eius corpus obscurans: sic duntaxat apparet sol: vt ex eo loco quo
aries exoriri videatur. & post triginta dies sol videatur ab eodez lo-
co surgere: ex quo loco taurus ante exoriri videbatur. **I**gitur appa-
ret solem ab ariete ad tauruz transire. **Q**uod si ita est: necesse est eū
contra mundi inclinationem currere. **Q**uare autem euenit vt ante
diximus: q̄ videtur cū mundo sol verti. **E**ius similis hęc causa est:
vt si quis in nauiculę rostro sedens: inquirat ad puppim transire: &
nihilominus ipsa nauis iter suum conficiat. **I**lle quidem videbitur
contra nauiculę cursuz ire: sed tamen eodem perueniet quo nauis.
Hoc autem sic etiam facilius intelligetur. si nauim diuiseris in par-
tes trecentas sexagintam quemadmodum sol diebus .ccclx. simul
mundum transigit. eodem modo vt ante diximus si nauis sit diui-
sa: & in vna parte de .ccclx. constituatur quilibet eorum. **N**auis au-
tem habet viuis diei cursum: ille quidem contra nauim ire. **S**ed cū
ea ad locum definitum peruenire intelligeretur. **N**on enim extra na-
uim est: quia rostro ad puppim transit. **S**ed ipsa naui continetur.
Item sol cum per ipsum mundum iter conficiat: & eo contineatur:

videtur contra mundum ire: sed cum eo peruenit ad occasum.
Cum enim mundus trecencies & sexagies se conuerterit: tunc sol
iter annum conficit.

SOL





Eoniam de sole que visa sunt nobis vtilissima esse litteris mandauimus. Nunc de luna dicemus. Et si alta conati perferbere: velut natura voluminis ad hoc loci deuenimus: ne nonnullis incaute huius rationez relinquentes: aut propter magnum laborem defecisse: aut inscientia superati non valuisse persequi videamur. Nos autem nonnullorum existimationis timende causa persequi et consuetudinis nostre rationem demonstrasse. Sed quod alterius queri volumen hoc perlecto non volumus: nec tam diu rem cogitatam scripto aliorum ad desiderium adducere. Preterea cum reliqua omnia diligentissime persecuti fuerimus: alienum videtur esse nos non eandem persequi causam. Quare sicut ante diximus ad inceptum reuertemur: et necessario totidem verbis de luna ac sole dicemus ita. Luna a sole per alios exortus et occasus: necesse est moueri: non stare. Idque facilius quam de sole licet intelligere: neque enim tam magnus ardor eius est ut officiat oculis nostris: neque ut sol dies. xxx. vnoquoque signo vehitur: ut difficile sit intellectu quanta particula luminis: aut ipsius signi superesse videtur cum ad aliud transierit signum. Lunam enim cum. xij. signa diebus. xxx. percurrat: licet intelligere duobus diebus et sex horis. in alio signo esse. Hanc autem cum a sole lumen accipiat: et ita nobis lucere videatur: non est verisimile: de tam multis causis potius eam constare quam moueri. Si enim suo lumine vteretur: illud quoque sequebatur: eam semper equalem esse oportere: nec die trigesimo tam exilem: aut omnino nullam videri. Cum enim totum transegerit cursum: sola autem ad aliud transire signum intelligatur. Preterea si suo lumine vteretur: huius nunquam eclipse fieri oportebat. Sed ne dubium fiat quare solis eclipse fieri possit: qui vtriusque lumen dare supra sit dictus. Lunam autem non facile fiat: cum alieno lumine vutur. Eius hec verissima (vt arbitramur) est causa. Luna enim cum ex toto mundo et omnibus stellis maxime terre proxima videatur: et ad acies nostras perueniat. Et quodam tempore torrens perue-

niat ad eundem locum signi quod sol uehitur obseruare lumen eius a nostro conspectu uidetur. Hoc autem maxime euenit die nouissimo cum luna transierit in duodecim signa. Et cum sol ad aliud signum transire uideatur: et proxima fiet illi. Quod euenire, sic etiam potest intelligi: ut si quis alicui manus planam ad oculos admouerit quanto magis sic fecerit: hoc minus ille uideri poterit: et quanto longius ab eo discesserit: hoc magis illi omnia poterunt apparere. simili ratione, cum luna ad solis locum peruenit: tunc proxima eius uidetur esse: et radios eius obturare: ut lumen emittere non possit. Cum autem luna ab eo loco discesserit: tunc sol lumen eicit: et ita ad nostra adijcit corpora. Lunę autem eclypsis sic euenit: cum prope una dimensione sit luna cum abierit sol sub terram dumtaxat hoc modo: ut per mediam terram si quid directum traieceris contingere possit solem sub terram: Lunam autem supra terram. Quod cum ita euenit: necesse est solis radios propter magnitudinem terre ita esse dimissos: ut lumen eius quo luna lucet non possit ad eam peruenire: et ita existimatur fieri eclypsis lunę. Quę si suo lumine uideretur: licebat ne apparere quidem nunquam solem, ideo quod luna nihilominus luceret. Sic namque accipit lumen: ut luceat cum sol uenerit per terras: sed non ut aliquem locum conclusiorem totumque spacium impleat lumine. Si quis nostrum steterit in eo loco: quo sol maxime lucet: reliquis partibus lumen a sole accipiens prebebit. Id in luna fieri inuenitur. Nam solis lumine accepto: lucere nonnulli existimant reuibratione. Cum dicitur sol in ariete aut in quolibet signo esse eum supra ipsas stellas arietis iter facere. Qui autem hac ratione utuntur, longe a vera ratione errant. Nam neque sol neque luna proxime sidera apparent. Hac etiam de causa nonnulli septem stellas erraticas finxerunt, adiungentes eodem sole et luna: quod cum quinque stellis feruntur: Luna enim proxima terre est. Itaque diebus, xxx. totum mundum existimatur transire. Id hac euenit ratione: si circulos quis intra zodiaci ambitum fecerit: eosque sic hoc interuallo finxerit: ut terra sit in medio: et unam a terra ad lunam dimensionem fecerit:

fecerit: q̄z greci τὸν ὄνι appellauerunt. Hunc autem quia non cer-
tum spacium potuerunt dicere: tonon dixerunt. Hac igitur re: q̄ bre-
uissimo circulo deuehitur diebus, xxx. ad primū peruenit signum.

LVNA





B hoc circulo abest circulus tonon dimidium: quo loco Mercurij sidus vehitur. Itaqz diebus. xxx. ad alterum signuz transiens. Tardius ab hoc circulo abest tonon dimidium: quo loco iter suum veneris dirigit astru. Tardius qz Mercurij stella conficiens cursuz. Transit eni ad aliud signum diebus. xxx. Supra huius stellam solis est cursus qui abest ab hespero: que est veneris stella medietate toni. Itaqz cum inferioribus pariter peruolans vno anno idest duodecim signa percurrit trigesimo die ad aliud transiens signum. Supra solez igitur z eius circulum Martis est stella que abest a sole tono dimidio. Itaqz dicitur diebus. lx. ad aliud signum transire. Hunc orbem supra Jouis est stella: que abest a martis hemitonio. Itaqz vno anno ad alterum transit signuz. Nouissima stella saturni que maximo vehitur circulo: hec autem tono distat a Joue. Itaqz annis. xxx. xij. percurrit signa. Ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tono vno z dimidio. Hac igitur ratione potes scire neqz solem neqz lunam contingere stellas: z nihilominus per zodiacum circuluz verti. Hinc etiam possumus intelligere lunam minorem esse sole. Omnia que proxima sunt nobis maiora necesse est esse: qz que longo discedente interuallo videmus. Igitur lunam videmus proxime nos esse. Neqz eam maiorem nostro aspectui esse qz solem. Illud quoqz necesse est cum sol non longe absit a luna: z a nobis maior videtur. si prope accesserit: multo maiorem futurum. Preterea necesse est vt ante diximus: aut nullam stellam erraticam esse: aut solem pariter cum luna vt reliquas stellas errare. Si enim quisqz mihi potest demonstrare quinqz stellarum cursum z dicere: qz hodie queqz coram ad aliud transeat signum: quemadmodum de sole z luna fieri videmus: z nihilominus suum efficit cursum non est erratica. Si autem dubium est quod hodie transeat: z ad aliud signum compari ratione cum luna feratur: z suum circulum dirigat: quemadmodum stelle que sunt dubie: necesse est has quoqz errare. sed non euenit vt errent: presertim cum suo tempore ad cursum reuertantur. Igitur ne stelle quidem: cum certo tempore ad suum signu reuertantur: possunt errare: nisi forte volumus accipere excusationem qz duo corpora magna facilius possunt obseruari: qz singule stelle: que no certos cursus conficientes vident apparere.

Sed stellas quinque nonnulli has aiunt esse Veneris: Mercurij: Jouis: Saturni: et Martis. E quibus esse maximam colore candido: nomine hesperum: et eam appellari Venerem. Hec stella non abest a sole longius duobus signis subter eius circulum collocata: sicut ante diximus. Et paretur autem maxime noctu, sed toto mense non plus indeficiens potest videri. Sed totus hesperus incertos efficit cursus non eodem tempore ad preteritum transiens signum.

VENVS



Secunda stella est Mercurij nomine Stilbon totus acuto lumine: sed in aspectu non magnus. Hic autem a sole non longius abest signo vno. Qui semper eosdez cursus efficiens: modo nocte prima: modo autem ad solis exortus incipit apparere: nonnuq̄ etiam perpetuo: signis quattuor est cum sole: rediens autem cum sole: non amplius est q̄ tertiam partem signi.

MERCVRIVS



Quis autem stella nomine **P**hetonta: corpore est ma-
gna. Figura autem similis lyre. Hic autem. xij. signa an-
nis totidē trāsigere existimatur: et vnoquoq; anno nusq;
apparere dicitur: nō minus dies. xxx. non plus. xl. Sed
tunc maxime obscuratur cum occidit cum Sole. Exoriens autem
apparet anteq; Sol.

IVPPITER





Solis stella nomine **Phaeton**: corpore est magno: colore autem igneo: similis eius stelle: que est in humero dextro **Orionis**. **Hic** per .xij. signa assidue ferri videtur. nonnunquam etiam cum solis ipsius sideribus apparet: modo alijs partibus adiectis circuli. **Hanc** stellam nonnulli Saturni esse dixerunt. Redire autem ad signum annis .xxx. et quotannis non apparere. Non minus dies .xxx. nec amplius .xl.


SATVRNVS





Aliquod est nobis de Martis stella dicere: quae nomine Vi-
 rois appellatur. Haec autem non magno est corpore: sed figura si-
 milis est flammae. Nonnumquam autem cum ipsius solis sideribus percur-
 res: omnia peruolat signa. sedens ad primum signum non
 longius biennio.

MARS



Quod ad quaeque stellas attinet: hucusque satis arbitramur
 deum. Nunc autem demum abimus quibus de caeteris mensibus interca-
 lenis. Quoniam tempus omnem metimur die et nocte, mense et anno. Qui-
 bus die nobis diffinierunt. quod diu sol ab exortu ad occa-
 sum perueniat. Noctis autem spatium constituerunt esse. quod diu sol ab occa-
 su: rursus ad exortum reuertatur. Menses autem quod diu luna zodiacum circu-
 lum perducatur. Annum autem voluerunt esse: cum sol ab aestivo circulo redit.

CIacobus Sentinus Ricinensis lectoribus felicitatem.



SI quis ades sacrum cyrram conscendere montem
Qui cupias: musas vel coluisse nouem:
Scito prius q̄ sis redimitus tempora lauro
Esse opus Astrozum cognitione tibi.
Quodq; ita sit vatum testes monumenta priorum
Sunt: quibus in cunctis sidera cuncta micant.
Agricolas alijs positis nam respice librum
Quo docuit terras vertere rite Maro:
Inuenies illic tot tempore sepe sereno
Quod celum spectans sidera nocte vides.
Arma per ethiathios campos qui scripsit: et ille
Carmines meonio sidera plura sonat.
Exul quicq; fuit veneris quia tradidit artes
Inseruit fastis sidera queq; suis.
Vtq; alios taceam nullus mihi crede poeta
Est bonus astrozum cognitione carens.
Queris vbi inuenias a quo vel discere possis
Sidera tam docti que cecinere viri.
Ecce opus: Higinius quo nunc quot sidera mundus
Altus habet: tot nos sidera nosse docet.
Quidq; sit inferior mundus: quid sphaera: quid axis:
Quid centrum sphaere: quid sit vterq; polus.
Aurea mala ferox serpens qui plura puellis
Seruabat: quid sit: Arctophilaxq; ferus.
Hinc elice quid sit: vel quam tyrus aspicit arcton
Noscere tu nunc sit quid cynosura potes.
Perseus andromede monstrum religata marino
Cumq; medusio lurida gorgon equo:
Gnosia cum fulua fuerat redimita corona:
Qua prius: et magno structa sonore lyra:
Engonasis cepheo cum Cassiopeia magno
Et Nemescin fallens corripiendus Olor:
Atq; Aquila: Heniochus: Delphin: Deltoton: et ille
Quem cingit Serpens: atq; Sagitta simul

Bis sex post istas celestia signa figuras:
Cetus: et Eridanus: et Lepus: atque Canis:
Et Procyon vates multum cantatus Orion.
Ara quoque a magno condita sacra deo:
Argos: Phyllirides medica doctissimus arte:
Hydra: via et que nunc lactea nomen habet:
Pluraque in hoc paruo narrantur mixta libello
Que sunt in stellas corpora versa nouas:
Quinetiam cause cur sic mutata fuerunt
Monstrantur: faciles omnibus atque domus.
Hunc igitur quisquis doctas coluisse sorores:
Hunc eme vel quisquis sidera nosse cupis:
Hunc lege qui latios optas vel nosse poetas:
Hunc lege vel Rhetor qui bonus esse velis:
Hunc legat omnis amans: legat hunc quicumque labores
Sustinet: atque illud ponere tentat onus.
Attamen ingrati ne vos possitis haberi:
Quo nihil in mundo turpius esse potest:
Dicite post messem viuat per Nestoris annos
Vtile qui nobis tam bene pressit opus.

TIo. Andreas de Flandria Salutiensis Artium disciplinarumque
omnium sectator ad lectorem.

Mente agitans: non parua: leui me posse labore:
Que demiraretur tam bene ficta videns:
Higinij de sideribus formare figuras
Curauit: ut celum quisque tenere queat.
Quas quanto utilius fuerat struxisse decenter:
Rectior his tanto reddita cura fuit:
Ex quo munus habes ut cunq; est: maius haberes:
Si quicquam celo maius in orbe foret.

Habes lector candida aureus Higinij opus: nouissime infinitis pe/
ne erroribus emendatum: maximaque diligentia PAPIAE Impressus: arte
et industria IACOB Paucidrapensis de Burgo franco: Sumptibus vero
heredum quondam Nobilis viri domini Octauiani Scoti et sociorum.
Anno Domini. M. D. XIII. Die. XII. Ianuarij.


226.

Christina

15. ...

...

Original copy



e

A 513

H 995d



